



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XCI. Ioan. Thomae Fregio Ic.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Thobiæ Zorero Iuris*c*.

*Qui famulus tandem famulorum postulat esse
Plures hic famulos, quam ferat v*s*us, alat.*

XXCIX.

Nicolao Mario Iuris*c*.

*Sic recte viuis, si curas esse, quod audis:
Virtus, virtutis non placet umbra mibi.*

X C.

Ad Melchiorem Iægerum

Consil. VVirteberg.

Quid sit viuere, M E L C H I O R, beate:

Pulcrè Marsilius docet Ficinus.

Primum noscere vera sit: secundum

Consultare benè: atque tertium sit

Semper velle bonum: bonumque quartum

Quod vis, hoc agere. absoluta virtus

Constat quatuor hisce rebus omnis:

Prudens vt, sapiensque sis, & vna

Iustus, perpetuoque perseverans.

Qui sic viuit, homo beatus ille

Viuit: qui secus: ille non homo, sed

Turpis bestia jure nominatur.

XCI.

Ioan. Thomæ Freigio IC.

*male corpus habet, medico: si peccatus amico
Te committit bono: cetera cura Dei.*

X CII.

Ad Alexium Moroldū I C.

*Iustis iniusta viris iniustus ALEXI:
Stultus ab iniustis iusta MOROLDE petit.
Iustis pete iusta. verat Nemesis Dea vindex,
Nesperes, iustos nec nisi iusta roges.*

X CIII.

Ad Io. Georg. & Guilielmū,
& VVolfg. Christophorum à Ro-
tenhan EQ.

*Quam mihi donastis, sinceri pignus amoris:
Credite, perpetui crater amoris erit.
Si precium specto, foris auro fulget, et intus:
Ornat et hunc rara mirus ab arte decor.
Maior at est precio, formaque decenior ipsa,
Cognitus hic longo tempore, vester amor.
At nec amor precium minuit: sed gratius inde,
Ex animo munus quod datur, esse solet.
Et quia jam non stare magis, sed crescere vultis
Munera: perpetuus debitor esse volo.
Cominibus, si quid praæconia nostra valebunt,
Vivere vos faciam tempus in omne meis.*

X CIV.

C 5 Ad